WŁOCHY

Neapol

Kaplica pw. MB
i św. Jana Ewangelisty

BOSKIEJ MATCE, MATCE BOGA I JANOWI EWANGELIŚCIE
TĘ KAPLICĘ JAN JOWIANUS PONTANUS
ZADEDYKOWAŁ W ROKU 1482




SALVS·HOMINVM
TIBI·DEVS·OPTIME·MAXIME·ARAM·HANC
DEDICAT·IOANNES·IOVIANVS·PONTANVS·NEC
TECVM·PACISCITVR·VT·SIBI·LIBERIS·POSTERISQ
SVIS·BENEFAXIS·CVM·IPSE·VOLENS·LIBENSQ
GRATVITO·BENEFACIAS·CVNCTIS·SED·QVIA·TIBI
VNI·AB·OMNIBVS·DEBEANTVR·OMNIA


IOANNES IOVIANVS PONTANVS HADRIANAE
SAXONAE VXORI OPTIMAE AC BENEMERENTIS
SIMAE POSVIT QVAE VIXIT ANN XXXXVI MEN VI
OBIIT KAL MART ANM CCCCLXXXX
HADRIANAE
SAXONAE
OSSA HIC
SITA SVNT

LIQVISTI PATREM IN TENEBRIS MEA LVCIA
POSTQVAM E LVCE IN TENEBRAS FILIA RA
PTA MIHI ES SED NEQ TV IN TENEBRAS
RAPTA ES QVIN IPSA TENEBRAS LIQVISTI
ET MEDIO LVCIDA SOLE MICAS COELO
TE NATAM ASPICIO NVM NATA PARENTEM
ASPICIS AN FINGIT HAEC SIBI VANA PATER
SOLAMEN MORTIS MISERAE TE NATA SEPVL
CRVM HOC TEGIT HAVD CINERI SENSVS
INESSE POTEST SIQVA TAMEN DE TE SVPER
AT PARS NATA FATERE FELICEM QVOD TE
PRIMA IVVENTA RAPIT AT NOS IN TENEBR
IS VITAM LVCTVQ TRAHEMVS HOC PRECI
VM PATRI FILIA QVOD GENVI
IOANNES IOVIANVS PONTANVS L MARTIAE FILIAE DVLCIS
SIMAE POSVIT QVAE VIXIT ANN XIIII MEN VII D XII
L MARTIAE
PONTANAE
OSSA HIC
SITA SVNT

TIBI · DEVS · OPTIME · MAXIME · ARAM · HANC
DEDICAT · IOANNES · IOVIANVS · PONTANVS · NEC
TECVM · PACISCITVR · VT · SIBI · LIBERIS · POSTERISQ ·
SVIS · BENEFAXIS · CVM · IPSE · VOLENS · LIBENSQ ·
GRATVITO · BENEFACIAS · CVNCTIS · SED · QVIA · TIBI
VNI · AB · OMNIBVS · DEBEANTVR · OMNIA


HAERES SVCCESSOR, DOMINVS HARVNCE AEDIVM, QVI
QVI FVTVRVS ES, NE TE NE PVDEAT VETERIS, NEV PI
GEAT DOMINI, HAS QVI SIBI PARAVIT COLVIT IS LITERAS
COLVIT ARTIS BONAS, COLVIT ET REGES, COLVERVNT
EVM PROBI IVVENES SENES PROBI, PROBAVERVNT ET DO
MINI INTEGRITEM, FIDEM, MORES ANIMI BONOS, ETENIM TALIS FV
IT IOV. PONTANVS, PRISCI RELIOQVIAE TEMPORIS, VIXIT IPSE ET
SIBI ET MVSIS, SIC VIVAS IPSE ET TIBI, ET TVIS, SIC LIBERI SVPERENT
QVI SI LAPIDI HVIC INIVRIAM INIVRIVS FECERIS, IRATI DII SINT TIBI

ΕΝΘΑΔΕ ΤΗΝ ΙΕΡΑΝ ΚΕΦΑΛΗΝ ΚΑΤΑ ΓΑΙΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ,
ΑΝΔΡΩΝ ΗΡΩΩΝ ΚΟΣΜΗΤΟΡΑ ΘΕΙΟΝ,
ΑΛΚΕΙΒΙΑΔΗΝ·
ΑΥΡΗΛ·ΑΤΑΛΑΝΤΗ
ΙΔΙΩ ΠΑΤΡΩΝΙ
ΚΑΛΩΣ ΒΕΒΙΩΚΟΤΙ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ·
PRAECLARI CAPITIS PIGNVS HIC TERRA RECONDIT,
QVI FVIT HEROVM DVX, ET DECVS ALMVM,
ALCIBIADEM·
AVRELIA ATALANTA
PATRONO SVO,
CVIVS VITA BENE ACTA EST
FECIT
CAROLI REGIS HISP. INF IMPERIO IAC. MARTORELLIVS LATINE VERTIT. PRIMI TRES VERSVS
NOVO METRI GENERE CONCEPTI SVNT

VIVVS·DOMVM·HANC·MIHI·PARA
VI·IN·QVA·QVIESCEREM·MORTVVS
NOLI·OPSECRO·INIVRIAM·MORT
VO·FACERE·VIVENS·QVAM·FECER
IM·NEMINI·SVM·ETENIM·IOANNES
IOVIANVS·PONTANVS·QVEM·AMA
VERVNT·BONAE·MVSAE·SVSPEXE
RVNT·VIRI·PROBI·HONESTAVER
VNT·REGES·DOMINI·SCIS·IAM·QVI
SIM·AVT·QVI·POTIVS·FVERIM·EGO
VERO·TE·HOSPES·NOSCERE·IN·TE
NEBRIS·NEQVEO·SED·TE·IPSVM
VT·NOSCAS·ROGO · VALE



zdjęcia: as

POWRÓT DO STRONY GŁÓWNEJ IKONOGRAFII